

Alte Drucke

**EPISTO||LA PAVLI || AD COLOSSENSES, IN||TERPRETE
ERASMO || Roterodamo, vna cū || cōcordantijs ||**

Erasmus, Desiderius

Leipzig, 1522

VD16 ZV 27175

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES Argumentum per Erasmum
Roteradamum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149020

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES
Argumentum per Erasmmū Roteradamū.

C Olossenses in Asia minore sunt, finitimi Laodi-
censibus, Hos non viderat Apostolus. Nā Ar-
chippi, siue, quod addit Ambrosius, Epaphræ,
quibus hoc delegatū erat, prædicatione conuersi sunt ad
Christū. His vehementer imminebant pseudapostoli, cō-
nantes in dogma multo peruersissimū inducere; docētes,
non per filium dei, sed per angelos viam patere ad patrem;
neq; enim venisse filium dei in hunc mundum, neq; ven-
turum, cum in veteri testamento per angelos administrata
sint om̃ia. Deinde Iudaismū & philosophiæ superstitionem
cū Christi doctrina miscebant; obseruantes quædam legis
instituta, & superstitiose obseruantes solem, lunam, ac stel-
las, & elementa huius mundi, quibus docebant nos esse
obnoxios. Hos igitur suæ professionis cōmonefacit, ostē-
dēs illos quicqd hætenus assequuti sunt, nō angelis debe-
re, sed Ch̃o angelorū cōditori; hūc vnū esse caput eccl̃iæ,
nec ab alio q̃q; petendā salutē. Atq; interim autoritatē suā
asserit. Diligēter aut̃ monet, ne pseudapostolorū magnilo-
quentia confictisq; visionibus angelorum sibi imponi pa-
terent, & vel ī Iudaismū, vel in philosophicā superstitionē
plaberent. Atq; hæc agit duobus primis capitibus. In re-
liquis hortat̃ ad officia pietatis; nominatim præscribens, q̃
lis vxor erga maritū, qualis debeat esse maritus in vxorē,
qualis parens erga liberos, liberi erga parentes, serui erga

EPISTOLA PAVLI.

dominos, domini erga seruos. Extrema pars salutationis
bus occupat, nisi qđ Archippū cōmonet officiū sui. Scrip-
psit autē e carcere ab Epheso per Tychicum, quod ipse pa-
lā testat in hac epistola. Nostra argumēta addūt Tychico
collegā Onesimū, nec satis video qđ sequuta. Græcorū in
scriptiōes, ex vrbe Roma missam testāt. Hinc certe remisit
Onesimū, quē illic in vinculis genuerat Christo.

& FINIS.

AD COLOSSENSES EPISTO- la Pauli.

PAVLVS apostolus Iesu Christi per voluntatē
dei, & Timothe⁹ frater his qui sunt Colossis san-
ctis ac fidelibus fratribus in Christo. Gratia vo-
bis & pax a deo nostro; & domino Iesu Christo. Gratias
agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper de
vobis, cū oram⁹: quoniā audiui⁹ fidē vestrā in Christo
Iesu; et charitatē erga oēs s̄ctos, ppter spē repositā vobis
in cōlis, de qua pri⁹ audieratis p sermonē veracē euāgelij,
quod peruenit ad vos: quēadmodū & in to:o mundo etiā
fructificat, sicut & in vobis, ex eo die quo audistis & cog-
nouistis gratiā dei per veritatē. Quēadmodū & didicistis
ex Epaphra dilecto cōseruo nostro, qui est fidus p vobis
minister Christi, q̄ et exposuit nobis vestrā dilectionē in
sp̄ri.u. Propterea et nos ex q̄ die audiui⁹ nō desui⁹ p

A ij

AD COLOSSENSES.

vobis orare, & poscere vt impleamini agnitiōe voluntatis ei⁹ in oī sapiētia et prudētia spūali, vt ambuletis digne domino: vt p omīa placeatis, in omī opere bono fructificātes & crescētes in agnitiōe dei, oī robore corroborati, iuxta potētia gl̄iæ illius, ad omnē tolerantia ac patientia cū gaudio: gr̄as agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationē sortis sanctorū in lumine: qui eripuit nos a potestate tenebrarū, ac trāstulit in regnū filij sibi dilecti: p quē habemus m⁹ redēptionē per sanguinem ipsi⁹, remissionē peccatorū: qui est imago dei incōspicui, primogenit⁹ vniuersæ creaturæ: qđ per illū creata sūt oīa, quę in cœlis sūt, & quę in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dñatiōes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illū, & in illū creata sūt, & ipse est ante oīa, & omīa p illū cōsistunt: & ipse est caput corporis ecclesię, qui est principū primogenitus ex mortuis, vt sit in omībus ip̄e primas tenens, quoniā in illo cōplacitū est patri vniuersam plenitudinē inhabitare, & per eū recōciliare cūcta erga se, pacificatis per sanguinē crucis eius p eundē, siue quę in terra sūt, siue quę in cœlis. Et vos qui quondā eratis abalienati, & inimici mēte in operib⁹ malis, nūc tamē recōciliati in corpe carnis suę p mortē, vt exhiberet vos sanctos, et irrephēsibiles, et inculpato in cōspectu suo. Siquidē pmanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimoueamini a spe euāgelij, qđ audistis, qđ

1. Co.
1r.

EPISTOLA PAULI

prædicatū est apud vniuersam creaturā, quæ sub cœlo est: cui⁹ fact⁹ sum ego Paul⁹ minister. Nūc gaudeo sup afflicti onib⁹ meis p vobis, et suppleo qd^r deerat afflictionū Christi in carne mea p corpore ipi⁹, qd^r est ecclesia: cuius eccle siæ factus sum ego minister iuxta dispēnationē dei, quæ da ta est mihi in vos implendi sermonē dei: mysteriū quod re conditū fuit a sæculis, & a generatiōibus: nunc autē patefa ctū est sanctis illius, quibus voluit deus notū facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij hui⁹ int^r gētes, q est Christ⁹ in vobis, spes gloriæ: quē nos annūciam⁹, admonentes om nē hominē: & docentes omnem hominē in omni sapien tia, vt exhibeam⁹ omnē hominē perfectū in Christo Iesu: ad quod etiam enitor, decertans secundū efficaciam eius agē tem in me per virtutem.

CAPVT II.

Am volo vos scire, quantā sollicitudinē habeā de vo bis, et his qui sunt Laodiceę, & quotq^t nō viderūt fa ciē meā in carne, vt consolationē accipiāt corda illorū, cū fuerint cōpacti in charitate, & in oēm opulentiā certe pers uasiōis intelligētia, in agnitionē mysterij dei, & patris & Christi: in q sunt omēs thesauri sapiētia ac sciētia recōdi ti. Hoc autē dico, ne quis vobis imponat probabilitate ser mōis. Eteñ quāuis carne sim absens, tamē spiritu vobis cū sum, gaudens ac vidēs vestrū ordinē, & soliditatē ve

1. Co, r

A iij

AD COLOSSENSES.

stræ in Christū fidei. Quēadmodū igitur accepistis Christū Iesum dominū: ita in eo ambulate, sic vt radices habeatis in illo fixas: & in illo superstruamini confirmeminiq; p fidē, sicut edocti estis, exuberantes in ea cum gratiarū actione. Videte ne quis sit, quis vos depredeat p philosophiā & inanem deceptionē, iuxta cōstitutionem hominū, iuxta elementa mūdi, & nō iuxta Christū. Quoniā in illo inhabitat om̄is plenitudo deitatis corporalit̄, & estis in illo cōpleti, qui est caput om̄is principat⁹ ac potestatis: p quē & circūcisi estis circūcisiōe, quæ sit sine manib⁹, dū exuistis corpus peccatorū carnis per circūcisiōnē Christi, cōsepul ti simul cū illo per baptis̄mū, in quo simul etiā cum illo resurrexistis p fidē opreratiōis dei, qui excitauit illū ex mortuis. Ei vos cū essetis mortui per delicta & p preputiū carnis v̄ræ, simul cū illo viuificauit, cōdonās nobis om̄ia delicta, delete, qđ aduersus nos erat, chirographo, quod erat cōtrariū nobis p decreta, et illud sustulit e medio, affixum cruci; expoliatoq; principat⁹ ac potestates ostētauit palā, triūphās de illis p semetipsum. Ne q̄s igit̄ vos iudicet in cibo aut potu, aut in pte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorū, quæ sunt vmbra rerū futurarū, corpus autē Christi. Ne quis vobis palmā inuertat data opera p humilitatē et supstitionē angelorū, in his quæ non vidit fastuosus incedēs, frustra inflatus a mente carnis suæ, nec obtinēs caput, ex q̄

Eph. 2

Matth.

24.

Matth.

15.

Lu. 21.

EPISTOLA PAVLI

totū corpus per cōmissuras & cōpagines subministratum,
& cōpactū, augeſcit augmento dei. Itaq; ſi mortui eſtis cū
Chriſto ab elementis mundi, quid q̄ſi viuentes in mundo,
decretis tenemini? Ne tetigeris, ne guſtaris, neq; cōrecta-
ris, quæ oīa ipſo pereūt abuſu, iuxta præcepta et doctrinas
hoīm, quæ ꝑboten⁹ quidē habēt ſpeciē ſapiētiae ꝑ ſupſtio-
nē, ac humilitatē animi, & læſionē corporis nō per hono-
rē aliquem ad expletionē carnis.

CAPVT III.

i Itaq; ſi reſurrexiſtis vna cū Chriſto, ſuperna quærite,
vbi Chriſt⁹ eſt ad dexterā dei ſedēs. Sup̄na curate, nō
terreſtria. Si quidē emortui eſtis, & vita v̄ra abſcondita eſt
cū Ch̄ro in deo. Qñdōcūq; Chriſt⁹ manifeſtat⁹ fuerit, vi-
ta n̄ra, tūc & vos cū illo manifeſtabimini in gl̄ia. Mortifi-
cate igit̄ mēbra veſtra terreſtria, ſup̄b, immūdiā, molli-
ciē, cōcupiſcentiā malam, & auaritiā, quæ eſt ſimulacroy
cultus: ob quæ venire ſolet ira dei in filios intractabiles, in
ter q̄s ābulabatis quōdā, cū viueritis in hijs. Nūc aut̄ depo-
nite & vos oīa, irā, indignationē, maliciā maledicenti-
am, turpiloquentiā ab ore veſtro. Ne mentiamini alijs ad-
uerſus aliū, poſteaquā exuiſtis veterē hominē cum factis
ſuis, & induiſtis nouū, qui renouat̄ ad agnitionē & imagi-
nē eius, qui cōdidit illū: vbi nō eſt Græcus et Iudæ⁹, circū-
ciſio & præputiū, barbar⁹, Scythæ, ſeruus, liber, ſed oīa in

Eph. 1.
He. 12.
1. Pe. 2.
Eph. 2.
Ro. 6.
Eph. 4.

AD COLOSSENSES.

omib⁹ Chrs. Sitis igit^r induti tanq^m electi dei, sancti ac dile-
cti, viscera miserationū, comitatē, modestiā, mansuetudi-
nē, lenitatē: sufferētes vos inuicē, & cōdonātes vobis mu-
tuo, si quis aduersus aliquē habuerit querelā: quēadmodū
& Chrs⁹ cōdonauit vobis, ita & vos. Sup oīa aut^m hęc,
charitatē, quæ est vinculū pfectionis: & pax dei palmā fe-
rat in cordib⁹ vestris, in quā & vocatī estis in vno corpo-
re, & grati sitis. Sermo Chri inhabitet in vobis opulēte cū
omī sapiētia. Docetē et cōmonete vos inuicē, cantioib⁹
& laudib⁹ et cātilenis spūalibus cū gratia canentes in cora-
de vestro domio. Et quicqd egeritis sermōe aut facto, oīa
1. Co. in noīe domini Iesu facite, gratias agentes deo & patri per
10. illū. Vxores, subditæ estote pprijs viris, sicuti cōuenit, in
dño. Viri, diligite vxores, & ne sitis amarulēti aduersus il-
1. Pe. 3. las. Filij, obedite parētib⁹ in omib⁹: hoc em̄ bene placet
dño. Patres, ne p̄uocetis liberos v̄ros, ne despōdeant ani-
mū. Serui, obedite p oīa his qui domini sūt secūdū carnē,
nō obsequijs ad oculū exhibitis, tāquā hoībus placere stu-
dentes, sed cū simplicitate cordis, timētes deū: & quicquid
feceritis, ex anio facite, tanquā domino, et nō hominibus:
sciētes, qđ a domino recipietis mercedē hæreditatis, nam
domino Christo seruitis. Cæterum qui peccarit, reportabit
peccatū suū, et nō est personar⁹ respect⁹.

CAPVT III.

EPISTOLA PAULI

Os dñi equitatē, et æq̄bilitatē seruis exhibete, sciētes
 qđ & vos habeatis dominū in cœlis. Obsecratiōi in-
 state, vigilantes in ea cū gr̄arū actiōe, orantes simul & p
 nobis, vt deus aperiat nobis ostiū sermonis, vt loquamur
 mysteriū Chri, ppter qđ & vinct⁹ sum, vt manifestē illud, Eph. r.
 sicut oportet me loqui. Sapiēter ambulate erga extraneos.
 opportunitatē redimētes, Sermo vester semp cū gratia, sit
 sale cōdit⁹: vt sciatis, quomō oporteat vos vnicuiq̄ respō
 dere, De oib⁹ reb⁹ meis certiores vos faciet Tychic⁹ dile-
 ctus frater, et fid⁹ minister, et cōseruus in dño, quē misi ad
 vos in hoc ipsum, vt cognoscat qđ agatis, et cōsoleā corda
 v̄ra: vna cū Onesimo fido ac dilecto fratre, q est ex vobis:
 de oib⁹, vobis exponēt, quæ hic agant. Salutat vos Aris-
 tarch⁹ cōcapti⁹ me⁹, & Marc⁹ cōsobrin⁹ Barnabæ, de q z. Ti. 4
 accepistis mādāta: si venerit ad vos, excipite eū: et Iesus q
 vocat Iust⁹: q sunt ex circūcisiōe. Hi soli cooparij sunt ad
 regnū dei, q fuere mihi solatio. Salutat vos Epaphras, qui
 ex vobis est seru⁹ Chri, semp anxie laborās, p vobis in p-
 catiōibus vt stetis pfecti et cōpleti in omī volūtate dei. Te-
 stimoniū em illi perhibeo, qđ habeat multū studiū, p vo-
 bis, & his qui sunt Laodiceæ, et his qui Hierapoli. Salutat
 vos Lucas medic⁹ dilectus, et Demas. Salutate fratres, qui
 sunt Laodiceæ, & Nymphā, & quæ in domo illi⁹ est con-
 gregationē: et cū recitata fuerit a vobis epistola, facite vt in

EPISTOLA PAVLI.

Laodicensi ecclesia recite: & eā quę scripta est ex Laodicea, vt vos quoq; legatis: & dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino, vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis vinculoꝝ meorum. Gratia vobiscum. Amen.

✠ Missa e Rhoma, per Tychicum, & Onesimum.

Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumanni, Anno
Salutis humanæ. M. D. XXII.